Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



77

futura fuisse, sacra ossa convicerunt) ad hortationem
S. Eusebii et sociorum ejus ad Christum convesus
est una cum ~~tota familia~~ sua, id est, cum patre, et
matre, cum fratribus, sororibus, quos habuit et sororibus,
uxorem ~~enim~~ habuisse Julium nostrum non credideram.
Innumeris enim exemplis constat, epitaphia ~~viam~~
a conjugum a conjugibus fuisse posita, si conjugati
fuerit, seus filius a parentibus, et viceversa. Igitur
et Parentes S. Julii nostri ad Christum fuerant addacti.
Sed Parentesne de domo filii, an filius de domo pa-
rentum? Perinde est. Julius ~~ad~~ Senator triginta
(si conjectura locus) annorum, ~~adac~~, id est, florentis-
simae aetatis vir, parentum jam ~~decrepitorum~~ ~~f~~ senes
fuere jam senum filius, quidni pater familias fue-
rit? quidni ~~bona parentum~~ relicta parentibus
congua statui sustentatione, res suas in pauperes
distribuerit?

Responsum S. Julii datum Commodo Imperatori.
Tu simul pereas etc. durum nimis videtur nonne
mini. Sed an durities ex stylo ~~hy~~ historici, an
ex ore Sancti sit orta, incertum. Quid etiam si
hoc? nonne S. Paulus Act. XXIII ad Ananiam
Principem Sacerdotum dixit: Percutiet te Deus,
paries dealbate! Porro de Tellude, id est, tem-
plo Telluris, Martinellus in Roma sacra: Ex ac-
tis Martyrum conjicitur fuisse inter Amphitthea-
trum et templum Palladis. In hoc tribunal ~~an~~
nudus introductus est Julius, vestibus Senato-
rius, an omnibus omnino? Solis Senatoriis exutus
fuisse, Schiltingus existimat.

Ad diem XIV Cal. Sept. Martyrologium Roma-
num: Roma Sancti Julii Senatoris et martyris, qui
Vitellio judici traditus, et abeo in carcerem trusus,
jubente Commodo Imperatore tamdiu fustibus caesus est,
donec emitteret Spiritum, cujus corpus in coemeterio
Calocodii via Aurelia sepultum fuit. Ado in
Martyrologio: Roma natale Beati Julii Senatoris
et martyris sub Commodo Imperatore, judice Vitellio.
Hunc docuerunt beati martyres Eusebius, Vincentius,
Peregrinus et Pontianus; per quorum manus etiam
facultates suas pauperibus distribuens, a B. Ka-
fino Presbytero Baptismi gratiam percepit. Quod

omni domo

quod Amantium aliosque